



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 2. Quantitas Hiberniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

At Britannicè *Diuu* Deum, *Vvona* fontem sonat. Huc spe-  
stant & maiorum Galliæ Fluminum nomina *Garumna* Fl. rapi-  
dus, Britannicè *Garun* rapidus: *Araris* lento, *Arar* lento signi-  
ficat: Rhodanus incitatissimus, Britannicè *Rhede* velociter cur-  
rere est.

## C A P V T II.

*De Hibernia.*

I N ea quinque excutienda sunt.

§. 1. *Nomina Hiberniæ.*

**P**RIMVM est *Hiera* à voce Hibernicâ *Hiere* quæ Occidentem  
significat: alia itaque etymologiæ ridiculæ sunt. Malè ergo  
Festus Auienus putans vocem esse Græcam appellauit *Sacram*.

**SECVNDVM** *Iris* apud Diodorum Sic. & verò nunc ab indige-  
nis *Exim* dicitur.

**TERTIVM** *Ierne* quo Strabo, Claudianus, & alij vtuntur.

**QVARTVM** *Iuuerna* quod apud Solinum, Melam, & Iuuena-  
lem legitur.

**QVINTVM** *parua* *Britannia*; sic eam nominauit Ptolemæus in Al-  
magesto.

**SEXTVM** denique *Hibernia*, quo Cæsar, Ptolemæus in suâ  
Geographiâ, & alij passim vñ.

§. 2. *Quantitas Hiberniæ.*

**E**x duplo minor extensio quam Britanniæ à Cæsare tribuitur:  
*Solinus* ait proximare longitudine Britanniæ, *Pomponius* utram-  
que parem malè crediderunt.

**LONGITVDO** apud Plinium ex computo Agrippæ vi. ei P. M.  
tribuitur. Ptolemæo 2560. Stadiorum, seu 320. P. Millium: Mar-  
tiano Heracleotæ denique 1834. Stadiorum.

**LATITVDO** Plinio est ccc. M.P. Ptolemæo 2060. Stadiorum,  
Heracleotæ 1834.